LITTERALIS ORATIO
IN LAUDEM, ET HONOREM SANCTISSIMI PATRIS, HISPALENSIS ANTISTITIS, ET HISPANIARUM DOCTORIS,
DIVI ISIDORI
CONFESSORIS,

HABITA IN COLLEGIO EIDEM SS. PRÆSULI SACRATO,

A D. ANTONIO GONZALEZ,
EJUSDEM COLLEGII CÆRULEA TOGA INSIGNITO:

HISPALI DIE X. MENSIS APRILIS Anno Domini. M.DCC.LII.

MERITISSIMO
D. D. ANTONIO MORENO,
DIGNISSIMO PORTIONARIO ALMÆ METROPOLITANÆ, ET PATRIARCHALIS HISPALENSIS ECCLESIÆ,
EX ANIMO DICATA.

Hiſpali: Ex Typograph. D Florentii Joſephi de Blas & Queſada, ejuſdem Urbis Typograph. Maj.

A EL Sr. DON ANTONIO MORENO, dignissimo Prebendado de esta Santa Metropolitana, y Patriarchal Iglesia de Sevilla.

SEÑOR.

BRillando el Señor San ISIDORO como Egregio Doctor de la Iglesia, refulgente Antorcha de nuestra España, y especialissimo lustre de la Hispalense Esphera, este Colegio, que vincula sus esmaltes en el honorifico titulo de tan gran Doctor, procura con su amoroso esmero emplearse cordialmente en sus encomios. Estos explica con voz viva un Alumno del mismo Colegio. Mas para que suden baxo la prensa en orden à manifestarse à el publico, necessitan de un Patrono, en cuyo asylo se afianze su seguridad. En V. S. anhela encontrar la deseada proteccion. La que no duda, atendiendo à las amabilissimas prendas, que lo adornan, explicando un eficaz magnetismo, fundado en su benigna afabilidad: que es como otra Cadena Herculea attractiva de los animos. En el Complutense Athenèo brillò V. S. en la Palestra de la Jurisprudencia, esmerandose en sus literarios progressos. En todas partes fue V. S. objecto de la mas apreciable estimacion. Esta se expressarà con gratitud en los Alumnos de esta Casa en la aceptacion, que espera logre este corto obsequio en la generosa amplitud de V.S. cuya vida dilate Nro. Señor con las mayores prosperidades.

Servidores de V. S. Q. S. M. B.

D. Pedro Huesso.
Diacono.

Bach. D. Phelipe Montesdoca.
Diacono.

Don Diego Montesdoca.
Diacono.

ELoquar? an sileam? sed utrimque pericula vexant:
Neutro namque modo munus obire queo.

(Fulgentissime Senatus, cujus præclara stemmata, emicantes dotes, coruscantes glorias, qui numero comprehendere curat, aerem verberare tentat. Cui etenim (amabò) Illustrissimi Hispalensis Capituli Nomen in auribus personare valeat, qui quasi fulguranti luce perterritus non obmutescat? Atque, dum in ipsius encomia verba fundere conatur, eorum magnitudine, quasi ingente mole obrutus, non enervetur? Studiosa, mihique toto corde colendissima, Cærulea Chlamyde condecorata Cohors: cæteraque adstantium celsa corona.)

Eloquar? an sileam? sed utrimque pericula vexant:
Neutro namque modo munus obire queo.
Quamvis eloquium sit præsens ore facundo,
Pondere materiæ lingua manebit iners.
Hispalicæ sphæræ præfulget Lampade Doctor,
Cujus in obsequium stemmata mille patent.
Qualiter hinc, igitur, quantumvis robore præstans,
Eloquium valeat pandere digna viri?
Ergone jam sileam? Minimè; nam sphæra Theatri
Haud sinit elinguem memet abire loco.
Incipiam tandem. Si non quæ dicere vellem,
Quæ passim, referam, cælitùs actus ope.

Doctor Egregius D. D. ISIDORUS (nè ambagibus, quamquàm haud absonis, adstantium aures murmure tentem) præsentis instituti præclarum emicat objectum. Hæc studiosa Clientum Domus sub tanto Tutelari gaudente pectore viget, ovanti nomine floret; geminatisque plausibus annuatim lætabunda gestit. Et cum in ejusdem

dem laudum præconia ex cordis meditullio animitùs erumpit, nunc è re quicquàm producendum, operæ pretium est. Atque, nè in tot æstuantis, procellosique pelagi fluctibus rimosa ingenii navicula submergatur, ad Sacræ Paginæ Portùm ut ad sacram anchoram confugiendum.

El que se vè amenazado
Del riesgo, que huìr procura,
Queda bien assegurado,
Si en la Sagrada Escriptura
Puede acogerse á sagrado.

Dum Philisthinorum oppressione Israeliticus Populus gemebat, ferrariæ officinæ, qua bellica, & rustica instrumenta parabantur, erant ipsi prohibita: ut 1. Regum cap. 13. expenditur. Sed ut quid tanta Mechanicæ Artis prohibitio? Non alia de causa (utì sacri testantur Interpretes) nisi caventibus Idolatris, nè, si armis Israeliticis instrui licuisset, in Philisthæos insurgere, atque Gentilicam audaciam enervare possent. Et rursus, ut si Israelitæ rustico indigerent instrumento, ad Philistæos confugere, opus esset.

In hac specie significatur Heterodoxæ turbæ proprium esse pro viribus impedire, Doctores, atque Magistros inter Catholicos emicare; né horum illuminatrix doctrina illius nebulas dissipare valeat; atque Catholicos cogere ad hæreticam officinam confugere, ut ibi falsis erroribus imbuti Catholicismum tradant oblivioni.

Impide el Philistheo cauteloso
A Israel de las armas la oficina,
Recelando, què pueda belicoso
Causar este á sus Tropas la ruina:
En mano del Idolatra injurioso
El filo de los hierros se examina;
Porque teniendo à mano el duro hierro,
Errando, en sì eslabone siempre el yerro.

Assi

Aſsi el Herege del Catholiciſmo
Exterminar intenta los Doctores;
Para que de un abyſmo en otro abyſmo
Caiga el Pueblo imbuido en los errores:
Porque como ſe obſerva el Magnetiſmo
Del Catholico labio en los fervores,
Recela, que perdiendo la victoria,
Lleve la afrenta, quando el fiél la glória.

Inter illas Iſraelitici Populi ærumnas Jonathas, cæleſti fretus auxilio, incircumciſos pavore perculſos diſperſit; atque Dei Populus ſtam egregio Duce mirabilem triumphum de inimicis reportavit. En præſentis inſtituti ſpeciem oculis obverſantem. Ariani in Catholicos væſana rabie furentes, Leovigildo, Heterodoxæ turbæ Protectori, eximio conatu ſuaſerunt; ut Doctores Leandrum, Fulgentium, aliosque Catholicæ Gregis Paſtores, Orthodoxæ doctrinæ zelo æſtuantes, ex Hiſpaniæ ſedibus ejiceret, longævoque exilio mulctatos extruderet: ut hoc truculenti Tartarei Ducis conſilio Hiſpaniæ Regnum Ariana labe infectum reſultaret.

Voti compotes quoad Doctorum exilium, Rege ſic jubente, facti fuerunt: verumtamen quoad finem ſcelerata mente conceptum irrito conatu negotium proceſsit: dum enim Regnum præfatos Doctores profugos gemebundum plorabat, Deus ISIDORUM ſubſtituit, qui Divini Flaminis afflatu hæreticos, tantum Heròa pertimeſcentes, in fugam verſos propulſavit, Hiſpaniæque Chriſtiadúm lumen, nebuloſa priús caligine aliquatenùs ſuffuſum, ad priſtinum coruſcantem fulgorem reſtituit. Ubi noſtri ISIDORI cum Jonatha apparet paralleliſmus, dum hujus auxilium Idolatræ pertimeſcunt, illius ope heterodoxi contrémiſcunt: & ſicut *Jonathas* Dei donúm interpretatur, in ISIDORO Dei donum clariſsimè intuemur.

Leovi-

Leovigildo Tyrano
A Leandro, y Fulgencio
Del Hiſpano dominio
Extermina furioſo en ſu Decreto.
El Catholico implora
El auxilio ſupremo;
Y en el grande ISIDORO
El antidoto hallò contra el veneno.
Contra Arriana turba
Nueſtro Doctor egregio
Eficazmente arguye,
Sylogiſmos formando ſiempre en *Ferio*;
Pues hiriendo al contrario
Con Catholico esfuerzo,
Enerva los ſophiſmas,
Con claridad *directè* concluyendo.
No logra Leovigildo
Su depravado intento,
Y á el Herege ſe fruſtra
El malevolo impulſo de ſu anhelo.
La Igleſia predomina,
Deſmayan los opueſtos,
Reſplandece ISIDORO,
Y Eſpaña ſe ennoblece en ſus progreſſos.
Sed quid, ſi videas Arii ſyſtema caducum
Doctoris Juvenis viribus inde ruens?
Turba ſenilis adeſt contra, ſed caſſa laborat;
Totaque jam trepidans, victa pudore cadit.
Cæleſti auxilio munitus namque ISIDORUS
Hoſtiles turbas diruit, atque quatit.
Victor ovans rutilus ferventi corde Dynaſta
Ex animo grates ſolvit amore Deo.

Clariſsimo Egregii Doctoris epitheto Octava Toletana Synodus noſtrum ISIDORUM inſignivit. Quo quid pulchrius? quid ornatius? quid laudabilius? Catholicæ

licæ Ecclesiæ novissimum decus, in sæculorum fine doctissimum; atque cum reverentia nominandum protulit. Quanta doctissimorum Patrum encomia! Quantum Ecclesiæ decus! Quantus Orthodoxæ Fidei celeberrimus honos! Verùm quid in ISIDORO Patres conspexere, ut tot, tantisque præconiis ipsum extollerent? Quid amplius quàm in ejus energia Arianæ hæresecos gladium contemplando, Acephalorum sectæ malleum perpendendo; quo & Ecclesiæ nitidissimus fulgor coruscaret, totique Hispaniæ lampas affulgeret?

Nulli non est conspicuum quantùm Hispaniæ candor hæretica Acephali Episcopi Gregorii, natione Syri, furia obscuratus apparebat: cujus insatiabili in Catholicos rabie eorum exterminio toto corde inhiabat. Nec in Christo duas esse substantias, nec Patri Consubstantialem esse immani scelere contendebat. Hic ad Hispalicam secundam Synodum, in qua noster ISIDORUS Primam Sedem obtinuit, furibundo accessit conatu: & qui Ecclesiam se depopulaturum acriter jactabatur, energica ISIDORI doctrina convictus obmutuit; tandemque ad Catholicismum, hæresi pulsata, ferventer rediit. Ubi clara inter utrumque Doctorem Ortho- & Heterodoxum antithesis non est prætereunda. Gregorius (potiùs gregarius) sic per antiphrasim, sicut Parca, quia nemini parcit, dictus est. *Gregorius* enim *vigilans* interpretatur, quasi á grege, cui Pastor invigilare tenetur, originem ducens: ille autem Acephalus non gregi tunc invigilans, sed soporoso veterno indormiens, lupis ipsum tradebat dilaniandum. *Egregius* veró noster non è grege vulgari Doctor, sed præstantissimus gregis ductor, solerti Pastorali munere incumbens, gregem sibi commissum è Tartarei Lupi manibus non semel eripuit.

Acephalo un Gregorio en sus errores
Negò en Christo los tymbres superiores:
A el Padre desigual lo establecía,

Y en el humano sèr lo definìa:
Hombre puro, y tan puro lo explicaba,
Que audaz el Sèr Divino le negaba:
Cuya voz, que hombre puro lo assegura,
Demente fuè, mas no de mente pura.
Acephalo en su rigida fiereza
Pierde pie, quando niega la Cabeza:
Escucha de ISIDORO la doctrina,
Y à su virtud rendido se examina,
Consubstancialidad ya confessando,
Y el Hijo igual à el Padre publicando.
Canta la Iglesia tymbres de ISIDORO,
Logra en sus triumphos fulgido decoro:
Por lo que en tal Doctor con razon brilla
España toda, y especial Sevilla.

Et ut initium, unde recessimus, repetamus, nostri ISIDORI cum Jonatha æquiparatio pervius innotescit. Israel armis destitutus plorabat; Ecclesia Doctoribus orbata gemebat: Jonathas ducens Israelitis præfuit; ISIDORUS docens Catholicis adfuit: Philisthæi obruti terga vertunt; Hæretici victi fugam moliuntur: unde triumphantium sertis uterque tempora cingit. Verumtamen, quamvis cælesti virtute alter, & alter ornatus affulsit, Doctor Egregius inter Israelitæ Ducis dotes tantum extollebatur,

Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

O Doctor Optime, Ecclesiæ lumen, Hispaniæ decus, Hispalis gloria, hujus tuæ Domus splendor! hoc quale quale obsequium, quod prona Clientum Cohors, Tibi animitùs addicta, sacrat, propensa benignitate excipe, benigna propensione suscipe: dumque studiosæ Collegii Juventuti faveas, ad optatum finem cælesti munere foveas.

Dixi: pauca quidem, nam plura, & plurima restant:
Ipse ISIDORUS ovans cuncta referre valet.